

Johannes Hesse – Bürgermeister von Nordhausen bis 1567

Johannes Hesse (ex tribu pistorum) electus est senator anno 1506, consul anno 1539.¹ Et sic vixit senator annos totos 61. Fuit vir pulcher et formosus, insigni pietate et morum comitate cum gravitate praeditus, amans iustitiae et recti, insigni acumine ingenii et iudicii dexteritate. In arte eiaculandi sagittas non solum iuvenis sed etiam senio confectus fuit excellens, ita ut multos annos per conspicuum vitrum eam artem exerceret. Postea cum difficultate auditus laboraret, et somnus deficeret, ad fallendum temporis taedium, mira alearum delectabatur voluptate, et lusu tesserarum; et in omni vita erat amans honestorum sodalitorum et piorum colloquiorum. Vino immodico non utebatur; propter defectum somni producebat convivias in multam noctem, et vino sublimato utebatur quotidie, sed non immodica copia. Omnis honestae disciplinae et virtutis perfecta idea, et absolutissimum exemplum. Nunquam sumpsit cibum, nisi prius habita benedictione, et etiam gratiarum actione, publice dicta. Atti-(S. 345)git aetatis annum fere 95. Et quia erat animo pio et infracto, nec in adversis succumbebat, nec in prosperis efferebatur. Multas expertus est calamitates non secundem publicas, sed etiam privatas. Liberi infantes mortui non sunt, sed adulti in coniugio relictis parvis heredibus discesserunt. Habuit filium Johannem Hessum, iuris utriusque licentiatum, insigni eruditione et virtute praeditum, qui hydropili correptus immatura morte cum maximo multorum honestorum luctu ex hac vita ante annum 30 obiit. Pater vero ipsius et sororum obitus ea omni prudentia, patientia et gravitate tulit, ut etiam in rara illa senecta canitiem vix contraheret. Tandem viribus corporis paulatim deficientibus in vera Christi confessione et agnitione placide vitam finivit, mensis iunii die 8. anno Domini M. D. LXVII.²

Ist also ins Todtenbuch geschrieben vom Secretario Magistro Matthaeo Ludern.³

¹ *Hesse war Bürgermeister 1539, 1548, 1551, 1554, 1557, 1560, 1563 und 1566. Vgl. Förstemann, Chronik (1860), S. 203.*

² Johannes Hesse (aus der Zunft der Bäcker) wurde 1506 zum Ratsherrn gewählt, zum Bürgermeister 1539. Und so hat er als Ratsherr ganze 61 Jahre gelebt. Er war ein schöner und wohlgestalter Mann, von hervorragender Frömmigkeit, Leutseligkeit und sittlichem Ernst, scharfsinnigem Geist und sicherem Urteil. In der Kunst des Armbrustschießens zeichnete er sich nicht nur in seiner Jugend, sondern auch noch als Greis aus, so dass er diese Kunst viele Jahre lang mit Hilfe einer Brille ausübte. Als später sein Gehör nachließ und er unter Schlaflosigkeit litt, zog er zu seiner Zerstreuung das Würfelspiel vor. Sein Leben lang liebte er gute Gesellschaft und anregende Gespräche. Wegen seiner Schlaflosigkeit dehnte er gesellige Zusammenkünfte bis nach Mitternacht aus. Branntwein [? – vinum sublimatum, ich finde keine andere Erklärung] trank er täglich, aber in maßvoller Menge. Er war das Urbild und vollkommene Beispiel von Ehrlichkeit und Tugend. Niemals nahm er Speisen zu sich, ohne vorher einen Segen oder ein Dankgebet gesprochen zu haben. Er erreichte beinahe das 95. Lebensjahr. Durch sein Gottvertrauen erlag er weder im Unglück noch blendete ihn der Stolz im Glück. Er erfuhr viel Kummer, nicht so sehr im öffentlichen als vielmehr im privaten Leben. Seine Kinder starben nicht in früher Jugend, sondern erwachsen in der Ehe ließen sie kleine Kinder zurück. Sein Sohn Johannes Hesse, Licentiat beider Rechte, von hervorragender Bildung und Tüchtigkeit, starb an der Wassersucht unter großer Trauer vieler angesehenen Bürger noch vor seinem 30. Lebensjahr. Der Vater ertrug dessen sowie den Tod der Schwestern mit großer Einsicht, Geduld und Würde, so dass er jenes seltene Greisenalter erreichte. Endlich verließen ihn allmählich die Körperkräfte, und er beendete friedlich sein Leben im wahren Bekenntnis zu Christus am 8. Juni 1567.

³ *Matthias Luder (1520–1572), Sohn des Bürgermeisters Hans Luder, Unterstadtschreiber, 1558 Oberstadtschreiber*